



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Tres modi orandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

summa & recollectiones, ut, si forte partem talentorum  
nihil collocatam, aut in sudario negligentie relictam ad-  
versas, ex damni consideratione ad novam diligentiam ex-  
mitteris. V. Ut, quoniam Christus ipse Jo. 15. dixit, *sine me*  
*nihil potestis facere*: eundem & SS. Patronos tuos in auxilium  
voce, atque adeo frequenter ab eis gratiam ad bene collo-  
cunda talenta necessariam petas, memor saluberrimi consilij  
SS. Leone dati, dum super verba illa S. Petri c. 1. *Sancti e-*  
*sse;* sic loquitur: *Principis sanctitatem, & modum ejus*  
*acquirende, quas si diceret: Me diligite, & ab ijs, quae mihi*  
*affllicant, abstinetе: facite, quod amo: amate, quod facio:*  
*& cum difficile videatur esse, quod jubeo, ad jubentem recur-*  
*rite; ut, unde datur praeceptum, præstetur auxilium: non*  
*negabo opem, qui tribui voluntatem.*

Considera II. Quād solida & efficacia sint hæc media,  
upote quæ contineant tria illa media ab ipsa sponsa cant. 1.  
ad obtainendum sponsi amorem adhibita, & ad alios etiam  
fines obtinendos perutilia, scilicet desiderium per verba  
sculetur me osculo oris sui indicatum: orationem per ver-  
batrabe me post te insinuatam: & cooperationem sedulam &  
serventem per verba curremus in odorem unguentorum  
tuum: significatam.

Considera III. Quomodo hæc media hactenus adhibue-  
ris, & adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum  
cum illis S. Augustini verbis: *Inspira in me opus sanctum,*  
*ut te cogitem: compelle, ut faciam: suade ut te diligam:*  
*enfirma, ut te teneam: custodi, ne te perdam.*

### Materia Lectionis.

Post hanc meditationem & reflexionem peractam, ne sta-  
tim ad negotia tua redeas, audi adhuc Deum tibi extrema  
monita dantem, eumque in finem primè ex libello de imi-  
tatione I. 1. c. 25. attente perlege. Deinde ne ulla materia  
ex libello exercitiorum lectionem tuam effugiat, tres mo-  
dos orandi à S. Ignatio præscriptos perlege, &c., quomodo  
deinceps eosdem practicare velis, considera. Sunt autem hi  
modi, ut in compendio habeas, serè sequentes.

Primus est, ut post brevem considerationem, quò acce-  
dendum, & quid faciendum sit, & orationem præparato-  
riam

riam præmissam mandatum aliquod Dei aut peccatum; potentiam animæ ordine discutiam, attendens quo pacto in ijs gesserim, & de deprehensis erroribus dolcam, veniam petam, & emendationem spondeam; totamque confidationem per institutum cum Deo colloquium claudam.

Secundus est, ut sedens vel flectens orationem aliquam incipiens circa singulos sensus tamdiu fistam, & immobilius quamdiu circa eam variae significationes, spirituales gemitus & motus animi occurront, & ita tota oratio percurratur.

Tertius est, ut inter singulas respirandi vices singulae orationis verba transmittantur, & interim vel significatio illius vocis, vel alia pia doctrina perpendatur.

Praeterea hæc lectione, si fieri potest, templum accede, & Sacrificium Missæ pro defunctis in gratiarum actionem defer, & demum recitatio Hymno Ambrosiano cum oratione *Deus, cuius misericordia &c.* secessum hunc claude, & memoriam revocans, quod per hanc octiduanam reconciliationem plenariam peccatorum remissionem, seu indulgenciam obtinueris, novam vitam cum gaudio auspice, dicens cum Davide: dixi, nunc ceipi.



DIVISION